K *De iure autem canonico.*] Farin.vbi ſup. nu. 81. *Roſ.*

De iure autem canonico.] Adde Concilium Tridẽt.ſeſſ.24. cap.8.cui autem applicabitur dos,vel donatio propter nuptias ſtantibus etiam filijs primi matrimonij,Boer. in addit.ad Dyn. in reg.non debet.ſub nu.5.lit.B.de reg. iur. nu. 6. *Drog.*

l *Quæ tamen ſit meretrix.*] Adulterium cum meretrice nupta, Farin. vbi ſup.nu.82.vſque 88. *Roſ.*

m *Aut verò poſtquam.*

28 Adde, † quod hoc dictũ eſt uerum, niſi interueniſſet adulterium cum inceſtu,quia tũc punitur de inceſtu, ſecũdum Salyc. in l. qui adulterium de adulter.

Item adde,quod iſtud adulterium debet puniri pęna extraordinaria, ſecundum Aret.in §.nouiſſime numero quarto, inſtitut.de Senatuſconſult. orfici. quia res eſt mali exempli; & hoc mihi videtur honeſtũ. Sed Frã. Vegij in conſil.66.num. 119. tenet, quod debeat puniri pœna ordinaria: & dicit, hanc eſſe communem opinionem, per text.in l. ſi vxor in princ. vbi Bart.ff.de adulte.niſi adulter ignoraret, eam eſſe nuptam: quia tunc excuſaretur: tamen ibi numero 121. dicit,quod forſan conſuetudo aliter obſeruat, & quod etiam aliter per ſtatuta puniatur, ſed quod iſta eſt veritas de iure: ſed Burſ. in conſil.218 nu.14. atteſtatur magis communé opinionem eſſe,quod nõ committatur adulteriũ, & quod aliqua pœna nõ tenetur, dum in matrimonio in vita meretricali perſeuerauerit.

Item adde, quod habens rem ueneream cũ muliere, etiam nupta, quæ cum multis rem carnalem habuerit,non poteſt puniri de adulterio, quia uilitas uitæ adulteræ cum a pęna adulterij excuſat: ipſa autem non excuſatur, & pęna adulterij punitur,ita notab.in l.1.C.de rap. uirg.quem refert, & ſequitur Afflict.in conſtit. legum aſperitate, num.5.

29 Item † adde quod meretrix dicitur etiam illa, quæ unum admiſerit, & mercedem ab eo receperit, ſecũdũ Luc.de Pen. in l.ſi qua in princ.C.de ſpect.& ſcen.lib.10. Afflict.in conſt. quæ paſſim num.2.

n *Sed certè iudicio meo.*] Vide tamen Fari.ſup.n.86.88.*Roſ.*

o *Eſt autem hodie.*] Adulterium hodie priuatum crimen eſſe Farin.in d.q.141.nu.34.35.& 36. *Roſ.*

30 *Eſt autem hodie.*] Adde † quod Afflict.in conſtitut legum aſperitate nu.12. tenet contrarium, ſcilicet quòd adulterium poſtquam nomen receptum eſt inter reos,ſit delictũ publicũ

colligi videtur ex tex. in l. 1. C. de adult. Communiter tamen non punitur. [k] *De iure autem Canonico vbicunque maritus, vel vxor habeat rẽ carnalem cum alio, quam cũ proprio coniuge, appellatur adulterium, cap. nemo 32. q. 4. cum ſimil. Quinimò ſecundum aliquos grauius peccat laicus coniugatus violans thorum propriæ vxoris, & ſic aliam mulierem carnaliter cognoſcens, quam presbyter adulterans. Et ita communiter tenetur, ut dicit Abbas in cap. vt clericorum, num.6. de vita, & honeſtate clericor. prout illum refert Caccialupus in d. l. ſi qua illuſtris, poſt nu. 13. Hanc etiã dicit eſſe communem opinion. Corſet. in repertorio Abbatis, in verbo, Coniuges, quã tamen ego non credo veram: quia licet magnum ſit ſacramentum matrimonij ſ magnũ eſt etiam ſacramentũ ſacerdotij: ſed hæc diſputatio in practica parum, vel nihil valet.*

3 *Quæro, nunquid dicatur committi adulterium cũ muliere nupta,* [l] *quæ tamen ſit meretrix, ſeu inhonoſtæ vitæ Reſp. Aut talis meretrix, quæ virum aſſumpſit, ceſſauit à meretricia vita, & honeſtè cum viro vixit, & hoc caſu adulterium cum ea commiſſum poteſt accuſari, et puniri.* [m] *Aut verò poſtquam matrimonium contraxit, perſeuerauit in meretricali vita; et tunc vir illam carnaliter cognoſcens non debet aliqua pęna puniri. Et hæc opin. hodie communiter obſeruatur, ut dicit Ang.in l.ſi uxor. §. ſed & in ea, num. 1. ff. de adult.et in l.ſi ea. C.de adult. quem refert Anan. in cap. 1. num. 6. de adult. et Riminal. conſil. 17. num. 20. quod eſt pro maiori parte duplicatum in conſi.439. nu. 23. Quò verò ad ipſam meretricem adulterium committentem Conſ. Neapolit. in facti contingentia videtur ſenſiſſe; quòd in ea ſit punibilis, vt per Capic. deciſ. 44. et refert Amad. de ſyndic. num. 174. quod ita ſeruauit in practica D. Baptiſta de Corneto tunc poteſtas Recanati, qui condemnauit publicam mererricem de adulterio, et mortua eſt in carceribus.* [n] *Sed certè iudicio meo contraria ſententia verior eſt, quam etiam ſequi videtur Amad. in loco prealleg. nã tex. in d.l. ſi expreſſè dicit, quod crimẽ adulterij in ea ceſſat; ideò ſi caſus contingeret, ita iudicarem.*

Eſt [o] *autem hodie adulterium crimen priuatum; nam eius accuſatio non* [p] *permittur niſi certis perſonis, vt eſt tex. in l. quamuis, la.2.C. de adult. Et hanc dicit eſſe ſententiam communiter per maiores noſtros approbatam. Fulg. conſil. 135. poſt nu. 2. quam etiam communem appellat Aut. Gomeſ. ſuper l. 80. Tauri, num. 49.*

Quæro [q] *etiam, nunquid in crimine adultery lata culpa æquiparetur dolo. Dixi infra hoc eod.lib. §.fin. q. 83. verſ. Dixi etiam.*

quod quando ſit, uide ſupra in principio huius §. uerſiculo Item adde, quod ex officio per uiam in fin. & Grammatic.in deciſione trigeſimaprima, numero ſexto, declarat, tunc eſſe crimen publicum,quando querela præceſſit: & ſic eo caſu dicitur nomen receptum inter reos, & tunc iudex poterit procedere ex officio, etiam quod querelans deſiſteret.

31 Item † adde, quod in ſtatu eccleſiaſtico,pro uiſum fuit per Conſtit. Marchiæ in lib. 4. ca.96. & 70. quod in crimine inceſtus, adulterij, ſtupri,& fornicationis nullus ad accuſandum admittatur, niſi eſſet pater, mater, auus, vel auia, filij, & nepotis vtriuſque ſexus, vſq. ad ſecundum gradum; fratres, & ſorores, & filij fratrum, & ſororũ, qui prænominati ſolùm ad prædictam accuſationem, vel delationem, admittuntur, & ſi contra infamatum de adulterio publica laborat infamia, quod poſſit procedi ex officio; ſed hodie Iudex eccleſiaſticus ex officio procedere poteſt per Conc. Trident. ſeſſ. 24. de refor. matr. c. 8. ſeruata forma ibi tradita.

32 Item † adde, quòd ſtante tali ſtatuto, licet non poteſt procedi, niſi dicta accuſatione præcedente in dictis delictis, ita etiam in eorum attentatione, vt per Bal. in conſ. 16.vol.3. *Baiar.*

q *Permittitur.*] Et de iure in cauſa adulterij Iudex non poteſt procedere ex officio, vt per Ludou. Carer. in pract. crim. §.Homicidium.6. nu. 260. Sed hodie poteſt ex ſacri Conc. Tridẽ. diſpoſitione ſeſſ.24. c. 8. ſub decr. de refor. matrim. ſeruato tamen prius illo ordine. *Giach.*

q *Quæro etiam.*] Adde, † quod lata culpa in

33 adulterio nõ ęquipar.dolo, c. in lectum 34. q. 2. & iſta eſt magis communis opinio doctorum, ſecundum Bernon. in tract. de concub. in rub. de adult. num. 70. vbi concludit, quòd vxor propter adulterium non priuatur dote, niſi illud ſcienter, & dolosè commiſiſſet: ſecus ſi ignoranter, & citrà conſenſum.

Item quæro (de quo ſit tantum mentio in ſummarijs, & tractat remiſſiuè) de probatione adulrerij.

35 Adde, † quod Zaſ.conſilio 11. volum.2. tenet quod per teſtes ſingulares probetur adulterium, ſtuprum, & inhoneſtas mulieris, idem tenet Socinus iunior conſilio 99. volumin. 2. Gabriel de teſtibus concl.2.num. 50. Et hoc procedit etiam ſi vnus teſtis deponeret de vna re inhoneſta, & alius de alia diuerſa, ſecundum Grammat.deciſ.107. numer.9. Et an per teſtes

---

35 teſtes ſingulares, & ex quibus † actibus probetur adulterium vide Bertaz. conſ.20. per totum: Boer.deciſ.23. numero 44. Natt.conſ.478.num.2.Rimin.iun.conſilio ſeptimo, numero 59. Bonacoſſ. in prima parte, verſic.teſtis ſingularis, Burſat. conſil.218.Crauett.conſilio 73 numero trigeſimoſexto, vide etiam Laurent. Crich. com. opin. in littera A. vbi ponit, † quæ probationes requiratur in hoc crimine adulterij, tam quando proceditur criminaliter, quàm ad ſeparationem thori, & maritus † debet cauere, ne ad probandum iſtud crimen intentet publicam vocem, & famam contra vxorem; quia probaret propriam ſcientiam, & ſic proprium lenocinium, vxorem adulteram retinendo. l.crimẽ, C.de adulter.& ſic veniret reijciendus, Baldus in conſil.310. num.5.vo

36

37

38 lum.1.Sed quot † modis adulterium probari poſſit pleniſſimè, & copioſiſſimè habetur per Maſcard. de probationibus à concluſ. 57. vſque ad concluſ. 66. vide omninò, quia ibi habentur omnia,quæ circa probationem huius delicti haberi poſſunt.

39 Et de † pręſumptionib. quibus probari poſſit, latè per Menoch.de pręſumpt. lib.5. præſumpt.41. par.2. vide etiam Rim.iun.in cõſil.260. nu.41. cum ſeq. & conſ.274. per totum, vbi latiſſimè, quod ex laruatione cum iuuenibus adulterium probatur,ſed Bertaz.in conſ.311.nu.2. contrarium tenuit, & ibi addentes.

40 Item † adde, quod adulterium probatur coniecturis, & præſumptionibus à iure ceceptis, etiam quando criminaliter proceditur per Menochium conſilio 31. & Franciſc.Marc.in deciſio. 514. numero decimoquarto,& decimoquinto, parte prima, & fama publica. Pariſ. conſilio 54. numero ſexto, & conſilio 57. numero trigeſimoquarto, & conſilio 170 numero 12. libro 4.

41 Item † adde quòd adulterium non probatur contra aliũ ſola mulieris confeſſione,not. Doct.in c.ſignificaſtis de adult. Pariſ.conſil. 177.num.28.volum.4. Siluan.conſil.50.numero

42 41.volumine 1. & † confeſſio adulteri carentis genitalibus non nocet. Specul. de confeſſ. §. ſequitur videte verſiculo 11. non valet.

43 Item † adde, quod probatur adulterium per teſtes,qui viderunt per foramen adulterantes, & non dicuntur ſingulares, quando ſucceſſiuè viderunt vnum poſt alium, Alber. in l. teſtium, numero nono, Codice de teſtibus, & ibi Cinus, Baldus, & Salicetus, Aufrer. ad Capellam Tholoſanam deciſione 309.

44 Item † adde, quod ad hoc, vt adulter, vel adultera puniantur pœna ſtatuti, probandum erit,quòd erant in matrimonio, Afflict.in conſtit.legum aſperitate numero quarto, Chartar. de executione ſententiæ,capit.1. numero 383. & ideò accuſatus de adulterio cum Berta vxore Titij,licet illam cognouiſſe fateatur, non dicitur confiteri illam eſſe uxorem Titij ibi.nu. 360. & 373.

45 r *Hoc crimen.*] Adde † quod ſi conſtaret de coitu, ſed

48 *Hoc* [s] *crimen eſt communis fori; & ideò poteſt puniri per iudicem ſecularem,* [f] *& etiam per iudicem eccleſiaſticum, vt dixi infta hoc eod. lib. §.fin.q. 37. verſic.quæro nunquid.*

51 *Sed quæro, quæ ſit pœna adultery ſecundum ius commune Reſp.* [t] *De iurediuino ſecundum legem Moſaicam, in adulterio tam maſculo, quã feminæ erat impoſita pęna mortis, genus autem mortis erat lapidatio; Exodi cap. 20. Deuter. cap. 22. De iure autem canonico pro adulterio laicus tam maſculo, quam femina excõmunicatur, cap. intelleximus, de adult.* [u] *Prætereaque femina in moneſterium detruditur; & ſi maritus eam nolit recipere, ibi cogitur toto tempore vitæ ſuę permanere, & pænitentiam agere, cap. gaudemus, eod.tit. de adult. Et nota, quia iſte eſt vnus ex caſibus, in quibus epiſcopus poteſt puniri laicos, vt dixi in d.q. 37. verſic. quæro nnnquid* * [u] *Clericus autem de iuri canonico pro crimine adultery* [x] *deponitur, & vlterins in monaſteriũ toto tempore vitæ ſuæ detruditur. Ita voluit expreſſè gloſ.in cap.latior, in gloſ.1.2.q.7, Et eſt cõmunis opi.vt dicit Gril. de diuerſ.crim.libr.3.q.2.numer.1. & ſeq.& q.6.num.11. Deaz. in pract. crim. cano. cap. 79. quem refert Duennas reg.101. in 2. limit. Et pract. Conradi. fol.384.in 4. limit. Didac. in epitom.ſuper 4. decret. cap.7. §.7.num. 19. quem refert Villalob.in ſua collecta communnium opin.in littera C.numer. 82. verſicul. clericus propter adulterium: Bermond.de concub.fol.37.numer.16. Dicebat tamen Alciatus,* [y] *quòd ſi hodie clerici propter adulterium detruderentur in monaſteria, pauci eorum ambularent per vias.* [z] *De iure autem ciuili magna eſt veritas inter Scribentes, an ſecundum ius digeſtorum adulterium puniretur pæna mortis naturalis. Magis tamen communis opinio videtur eſſe, quòd olim puniretur tantummodo pæna deportaiionis. Et hanc*

opponeretur matrimonium ob aliquod impedimentum canonicum eſſe nullum, tunc iudex ſecularis teneretur remittere cauſam Epiſcopo: ſed plus poſſet dicere excipienti, vt coram eo produceret, quæ intenderet probare coram Epiſcopo, & ſi videret, ea non obſtare, poſſet procedere ad vlteriora. Felyn in cap. cum ſit. de for. comp. Afflict. in conſti.de Adulter. coercen. num.7. Hoc tamen procedit, ſi vir acuſauerit iure mariti, quia tũc oportet probare, quod verè ſit vxor: ſi verò accuſauerit iure extranei, ſufficit probare, quod illa mulier hadebatur pro vxore, & ita tractabatur & eo caſu, ſi ex ea parte accuſati fieret probatio quod illa non poterat eſſe vxor, non relueatur, quin condemnetur de adulterio; ſed debet probare, quòd non habebatur; nec tractabatur, vt vxor; & hoc probato, reus abſolueretur: ita declarat Bar.in l.ſi vxor.§. ſed ſi ea, ff.de adult. ſed de generali conſuetudi-

46 ne iudex † laicus in cauſa adulterij, criminaliter intentati, poteſt cognoſcere incidenter, an matrimonium adſit, vel non Franc. Marci.deciſ. 514. numer. 19. & 20. *Baiard.*

ſ *Et etiam per iudicẽ Eccleſiaſticum.*] Et an imponat omnes pœnas, & quando: quod ſic, niſi concurrat inſultus; & violentia, quia tunc cognoſcet laicus, vt per Carer. in pract. §. Homicidium 6.num.262. *Giach.*

t *De iure diuino.*] Farinac. in d. 5. volum. & quæſt. 141. numer. 1. vbi etiam tractat, quod omni iure prohibitum ſit num. 12. *Roſ.*

u *Præteraque femina.*] Adde quod maritus eam ſic iterum accipiendo nihilominus dicitur Bigamus, inf.q.36.verſ.Quęro, an Clericus, in fin. *Drog.*

*u *Clericus autem.*] Farinac.ubi ſupr.nu.26. Et vxor etiã propter adulterium, uel ſtuprum, ſi ſit uidua, dotem amittit q. 142.p.1.& infra latius. *Roſ.*

47 x *Deponitur.*] Quid de clerico † ſe iactante commiſiſſe adulterium, qualiter puniatur? relatiue habes per Carer.in pract. crim.§.Homicidium,6.num.246. *Giach.*

y *Quod ſi hodie clerici.*] De iſtis clericis male verſatibus & quibus morbus gallicus eſt familiaris,nec puniũtur de Adulterio, infr.quæſt.36.verſic.Quęro nunc in fin.quæſt.70.verſ. ſunt etiam apud clericos; Non caſtigantur clerici dict.quæſt. 70. uerſic.eſt etiam pæna: ibi, aliàs Epiſcopus: Hoc etiam dicitur de blaſphemantibus, qui ſi punirentur, pauci ſupereſſent, qui blaſphemare poſſent, dixit Bellus conſilio 96. ſub numer. 9. faciunt dictam in propoſito per Crauett. in conſil.

48 137.numer.10. & quando † nec ſtuprum ſit punibile, ſi fiat cum muliere uilis conditionis, idem Crauett. conſilio 166. maximè ſub numer. 6.pro quo ſtat Menoch. de arbitr. Iudic. libro 2. Centur. 3. caſu 293. numero 3. cum ſeq. & in quantum dicit, quod propter ſexus fragilitatem cummutata eſt pœna,adde gloſſ.32.quæſt.1.cap.de benedicto verb.in alium. *Drogh.*

z *De iure autem ciuili.*] Farin.vbi ſup.num.13. *Roſ.*

Vltimi

eſſe communem opinio. atteſtatur Cuman. conſ. 154. poſt num. 2. Marſil. in pract. crimin. §. opportune, num. 40. qnem refert Didacus in epitom. ſuper 4. decret. fol. 174. poſt num. 16. Secundum verò ius Codicis omnes conſentiunt, quod punitus pæna vltimi ſupplicij. Et eſt text. in l. quamuis, la 2. C. de adult. Et hanc dicit eſſe communem Alex. conſil. 13. poſt num. 3. lib. 7. Cuman. in loco præallegato, & hoc tam in maſculo, quàm in femina. Hanc etiam dicit eſſe communem opinionem Legiſtarum Auguſt. ad Angel. de malef. in verbo, Che hai adulterato, num. 44. quem refert Anton. Gomeſ. ſnper l. 80. Tauri, num. 47. & pract. Conradi. fol. 393. num. 21. [b] *Sed hodie ſecundum ius Authenticorum* [c] *in femina propter ſexus fragilitatem commutata eſt pæna: virgis enim cęditur, deinde detruditur in monaſterium; & ſi intra biennium maritus illam ad ſe non reuocat, ipſa cogitur habitum monachalem ſnſcipere, & ibi perpetuo permanere. text. eſt in Authen. ſed hodie, S. de adult. Et ita volunt omnes Doctores, vt dicit Salic. in l. qui ſepulchra, poſt num. 7. C. de ſepulchro viola. Et hanc opin. dicit eſſe communem Imola in l. cum mulier, poſt num. 8. ff. ſolut. matrim. quem refert Nicellus in concord. gl. c. 8. Et reperio, quòd ſecundum diſpoſitionem illius authenticæ iudicauit in facti contingentia Curia Burdegalenſ. vt refert Boer. deciſ. 297. nu. 12. Idem etiam ſeruauit Parlamentum Pariſienſe in quandā Maria Quatreliure, & alia adultera, vt refert Papa. lib. 22. tit. 9. Areſto 1. & 2. Pariter etiam Curia Neap. quandam mulierem ob adulterium detrudi iuſſit in monaſterium teſtes Gram. deciſ. 31.* [d] *In Senatu autem ego nunquam vidi ſeruari hanc pænam detruſioni in monaſterium, ſed quandoque mulieres de adulterio conuictæ fuerunt condemnatæ in fuſtigationem & exilium arbitrarium, 10. Februar. 1559. P. N. Quinimò quædam Margarita China confeſſa adulterium cum inceſtus, non fuit niſi biduo virgis cęſa, 20. Martij 1559. P. N.* [e] *In maſculo autem firma manet diſpoſitio d. l. quāuis, quòd ſcilicet propter adulterium puniatur pęna vltimi ſupplicij. Et ita tenent communiter Legiſtæ, vt dicit Imol. in cap. tuæ, num. 13. de procur. Hanc etiam dicit eſſet communem opinionem Alexan. in d. conſ. 13. num. 3. quem refert Roland. in d. conſil. 74. numero 8. & conſilio 3. numero 35. libro 2. Auguſt. ad Ang. de malef. in verbo, Che hai adulterato, ſub num. 44. Afflict. ſuper 3. par. conſtitutionum regni rubric. 42. in princ. poſt num. 7. vbi dicit, quòd ita tenent omnes Doctores, & quòd ita vidit pluries iudicatum, ſ. quòd adulteri fuerunt ad mortem condemnati, & ſententiæ fuerunt executæ, quem etiam refert Carrer. in pract. crimen. fol. 449. num. 26. in fin. Mitius tamē actum fuit per Parlamentum Pariſ. cum quodam adultero, qui citra ſanguinem fuit punitus, vt refert Papa in d. Arreſto 2. licet deinde Arreſto 4* [f] *referat fuiſſe furcis ſuſpenſum quendam famulum, qui cum domina adulterium commiſerat: de quo ſit etiam mentio in placitis Galliæ lib. 12. tit. 6. placito primo.* [h] *Sed quicquid ſit ſecundum iuris communis diſpo-*

a *Vltimi ſupplicij.*] Et ita eſt ratio, ob quam etiam millies committens adulterium non patitur niſi vnam pœnam, & nō punitur niſi pro vno delicto Gloſ. ſingul. in l. vulgaris, in verb. ſecundum videtur, ff. de furtis, & tenet Iacob. de S. Georg. in l. quicunque, C. de ſeru. fugit. numer. 67. Et de materia quæro quid de commatre, qualiter cognoſcens puniatur. Vide pract. Carrer. in pract. crimin. §. Adulterium 6. numer. 268. *Giach.*

b *Sed hodie ſecundum ius.*] Farina. ibid nu. 19. & 58. *Roſ.*

49 c *In femina propter ſexus.*] Adde, quòd in Regno Neapolit. adeſt conſtitut. legum aſperitate, qua adultera tradēda eſt viro, nullatenus ſæuituro vitæ periculo, niſi ad naſi truncationē; & ſi vir in eam vindictā dare noluerit, publicè eſt fuſtigāda, & per dictam conſtitutionem viris propter adulterium imponitur pęna mortis, quæ hodie ſeruatur ſecundum Franch. in deciſion. 240. numero quinto, vbi atteſtatur, quod per ſacrum conſilium ita iudicatum fuit, dicit tamen, quod dicta pęna ex cauſa minorati poteſt, & quod dicta pœna infligi poteſt tam viro nobili, quàm ignobili, ſed in ſtatu eccleſiaſtico ſūt magis miſericordes, quia vir committens adulterium non punitur niſi ad pœnam viginti quinque florenorum, & ſi retinet vxorē alterius volētem abſque voluntate mariti, incurrit pœnam centum florenorum, ita diſponit Cōſtitut. Marchiæ in libro quarto, capitulo 69. Hodie tamen in vrbe tātum pro adulterio fuit impoſita pęna mortis per Motum proprium Sixti V. de quo infra ibi, ſed quicquid ſit, & Neuizan. in Syl. nupt. libro ſecundo, verb. diuiti non eſt nubēdum, numero 86. inquit quod quidam nobilis de Diœceſi Taurinenſi vxori ſuæ adulteræ, naſum abſcidit, vt ob deformitatem amatores eam relinquerent; & quòd hoc
50 frequentatur in Flandria.

51 Item † adde, quòd mulier committens adulterium tempore, quo credebat maritum ſuum eſſe mortuum, vt erat fama, & publicè dicebatur, non poteſt puniri de adulterio, ſed de fornicatione, & ſi confeſſat fuiſſe adulterium, probata dicta fama, confeſſionem reuocare poterit: ita habetur Federi-
52 cus de Senis in conſilio 167. vbi dicit etiam, quòd ſi adulterium commiſerit cum clerico, non poterit punire à iudice ſeculari.

53 Item † adde, quod rectè authent. ſed hodie, C. de adulter. non debet ſeruari; non enim decet quod adultera, quæ per legem diuinam lapidabatur, nunc in monaſteriū ad corrumpendas ſanctas, & ſacras Moniales deputatur: ſæpè namqne malorum conſortia, &c. 28. quæſtio. 1. cap. ſæpè, nec enim incoruptus permanere poteſt, qui corruptis ſociatur. 23. q. 4. capit. quiſquis; & ideò Luc de Pen. reprehendebat huiuſmodi auth. vt refert Barth. de Capua ſuper conſt. maieſt. nu. 17.

54 Item † adde, quod iſta pœna intruſionis in monaſterium non habet locum, ſed quando actum eſſet ad ſeparationē thori; quia tunc inuita non tenetur intrare monaſterium, ſed tantum cauſa continentiæ obſeruandę deciſ. 298. in fin.

55 Item † adde, an mulier adultera, & quando a marito in vinculis detineri poſſit, latè per Fran. Marc. deciſ. 762. num. 6. par. 2.

56 Item † adde, quòd pęnam adulterij non fert, qui coactè illud commiſit, cap. propoſito 32. q. 5. & latè Menoch. de arbitr. iud. caſu 354. nu. 9. *Baiard.*

d *In ſenatu autem.*] Nec fortè etiam in foro Eccleſiaſtico, vt infra in quæſtione 70. uerſ. Sunt etiam, & uid. Farin. d. q. 141. nu. 74. *Roſ.*

e *In maſculo autem*] Farin. ibid. nu. 21.

f *Licet deinde Arreſto.*] Farin. n. 57. *Roſ.*

g *Referat fuiſſe furcis ſuſpenſum quendam fa-*
57 *mulum, &c.*] Adde, ꝙ diuerſas pœnas diuerſorum populorum ponit in crimine adulterij, Greg. Tholoſ. in ſyntagm. libr. 36. c. 6. & infra, num. 64. *Baiard.*

h *Sed quicquid ſit ſecundum Iuris commu-*
58 *nis, &c.*] Adde † Crau. conſil. 137. vbi dicit de Generali Conſuetudine adulterium non poſſe puniri pęna corporali, ſed pecuniaria tantum extraordinariè, & ibi multis iuribus affirmat, dictam conſuetudinem eſſe validam, dummodò adulterium ſit factum de voluntate mulieris: aliàs ſi eſſet violentum adulterium, conſuetudo non excuſaret: idem tenuit in conſil. 41. numer. 8. & 9. vbi dicit etiam,